

namque quod est posse vivere. et dormire. et cetera quae sunt spe-
 ciei coherencia, non quidem semper sunt in actu. cum sint in
 potestate. Si enim non perdis baptizatus baptismum, etiam
 diminatus ab ecclesia: quo pacto perdis sacras, licet excom-
 municatus, sacramentum suae impositionis posse nisi ad
 tempus obtemperando priori, ut paulo post absolutus, iterum fun-
 gatur officio, ritus est baptizatus ecclesiae ingressum. Ergo potest
 posse, sed non in actu. *Q.* Non ego quod dicitur concessio. *A.* Sic
 ergo, quare enim facta dampnes. cum enim ^{t ei} facta ut primum factum
 obligatum scriptum et iudicium non sint. *Q.* Ideo scilicet, quia
 quod non habuit, dare non potuit. *A.* Plane potuit, quia habuit;
 ideo habuit, quia ab quorundam manuum impositione accepit.
 accepit autem et habuit deditque, quia potuit. *Q.* Quod inquam non
 habuit, dare non potuit. *A.* Dicitur de potestate non habuit, an de
 actu, aut de utroque? *Q.* De utroque. Neutrum sine altero stat. Si
 enim perdidit officium, officium non habet, quod si non habet, iam
 dare minime potest. Perdidit quidem officium, ubi ammisit potestatem
 et actum. *A.* Horreo valde ceceam tui similitudinem, qui omni missa
 veritate stabilire niteris falsitatem. Naturale igitur est, ut perperam
 efficiatur notiora ignota. Liquidum argumentum duas habes spe-
 cies, intrinsecam et extrinsecam. Baptizatus enim in virtute
 spiritus sancti fit, et datus remissio. et hoc semel. Rursus ordinatio
 sacerdotum in virtute spiritus sancti fit ^{ei} eundem, et hoc semel.
 Qui si acciderit noxa, ut excommunicetur, minime quidnam dicendum,
 ut excommunicetur, ne sit *excommunicatus*, qui donum per spiritus